

BIBLIOTHECA  
UNIVERSITATIS  
SALAMANCAE

JOANNIS DEVOTI  
DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA  
EPISCOPI ANANIENSIS  
INSTITUTIONUM  
CANONICARUM.  
*LIBRI IV.*  
TOMUS PRIMUS.

EDITIO ALTERA VALDE AUCTA ET EMENDATA.



MATRITI  
EX TYPOGRAPHIA DE VILLALPANDO.  
ANNI MDCCCI.

# PIO SEXTO


P. O. M.

JOANNES EPISCOPUS ANANIENSIS

FELICITATEM

**C**um Canonicas Institutiones, quas tribus ab hinc annis in amplissimo Tuo nomine evulgavi, PIE PONTIFEX OPTIME MAXIME, multi non tantum ex nostris, sed etiam ex exteris regionibus studiose conquirerent, & nulla prorsus earum essent exemplaria, quæ ab ipsis comparari possent, eas iterum typis edere constitui. Dedi autem in primis operam, ut nova hæc editio multis in locis valde au-





# PROLEGOMENA

## CAPUT I.

DE ECCLESIA, EJUSQUE NATURA, ET CHARACTERIBUS.

- |  |   |
|--|---|
| I. Juris definitio.                                  | VIII. IX. X. Vis, & ratio potestatis ecclesiasticæ. |
| II. Divisio.   | XI. Ecclesiæ signa. Ea una est.                     |
| III. Ecclesiæ institutio.                            | XII. Sancta, Catholica, Apostolica.                 |
| IV. Definitio, & natura.                             | XIII. & XIV. Ecclesia Romana.                       |
| V. Imperium, & administratio.                        | XV. Pseudo-Ecclesiæ hæreticorum.                    |
| VI. Ea respublica est à civili distincta.            |   |
| VII. Distinctio ecclesiasticæ, & civilis potestatis. |   |

### §. I.

**J**uris nomen sive à *justitia* factum est (1), sive à *jubendo*, quoniam majores nostri jura dicebant *jusa*, aut *jussa* (2), quod ea continerent, quæ jussisset populus. Ejus autem non una est significatio. Nam et quod æquum, bonumque est, ac rationi consentaneum (3), & artem ipsam æqui atque boni (4), & legitimam quid habendi, ac retinendi potestatem (5), jus appellamus. Nobis hoc loco jus est collectio legum, ac regularum, quibus utitur humanum genus, ut jus-